Amplectaris igitur hominem, iocundaris ~~stud~~ studio rerum et
suarum valet ingenio habet vsum iam perdem, non poteris in
crede. non suam eloquentiam redolere. Sed moderari in
non possum, adeo satisfacere immortalitati laudum suarum
mirabiliter cupio: Nec enim te me fugit, quis hoc
melius iam perdem pro tua singulari prudentia iudicaris.
Sed hec opinionis mee ymmo potius sententie testimonium.
Fac valeas vir nobilissime, Res mea tibi curasit.
Vale.

Gasparinus pergamensis.

GASPARINUS pergamensis .s. p. d. Johanni.
Numquam animo tam sum turbatus, quin omnis a me dis-
cedat molestia, dum me subijt conuersatio nostra et
vite quedam consuetudo. Que posset .n. maior exco-
gitari voluptas, quam ea, que ex pulcerrimis eloquentie
studijs coniuncta est. Recordas frater amatissime quoties
inter nos colloquia, quotiens egregie disputationes,
quoties ceterarum rerum, vt tempus dabat, ro(?) inter nos
magna cum integritate animi atque fide haberentur. Nihil
arbitror esse quod in amicitia vera, atque perfecta de-
siderandum sit, quod in primis inter nos non esset. Nam
idem dictus nobis erat, idem vestitus, eadem in
rebus omnibus voluntas. Sub vno doctore profecimus,
Nihil iocundum, Nihil acerbum alteri nostrum in-
esse poterat, quin illud idem vtrique esset commune. Et
Sed postea quam a te discessi nulla res mihi potest
animo meo quietem dare. non ipsa patria. cum ex singulari
humanitate ciuium acceptissimus sim, non amici non
ipsi denique parentes possent. denique talle quid
afferre, aut tantum solatium, quantum ex ea nostra socie-
tate capiebam. Puto idem tibi ex optima consuetudine,
et natura tua accidere, et vtrique nostrum satis hanc
absentiam grauem esse. vnum est in quo possumus in hac
vel in tempus, vel locorum iniuriam corrigi si frequentes de
nostro statu, de nostris studijs, de omni conditione

f. – nota